

1319 : JUDGEMENT IN FAVOUR OF MARCO POLO ꝯ MARCO POLO  
libras denariorum venetorum grossorum viginti completas, saluas jn terra sine omni  
periculo & occasione aut ullis interpositis capitulis. quas sibi dedit & prestitit causa  
amoris & dilectionis in suis utilitatibus exercendis &ct ut in ea legitur. Altera est  
breuiarium legis sentencie carta manu judicum mobilium comuniter facte Anno ab  
incarnacione domini nostri jhesu xpisti Millesimo trecentesimo decimo nono  
mensis julij die secundo intrantis, jndicione secunda Riualti. Qua Testificantur  
Nicolaus benedicto de confinio sancti prophete et franciscus dalago de confinio  
sancti Pauli, quod eodem die erant in curia Coram ipsorum judicum mobilium  
presencia qui de mandato domini nostri Johannis superanco jncliti venetiarum  
Ducis ibidem ante se Ad placita tenenda scedebant, quando jnter cetera Hec itaque  
audientes & intelligentes predicti domini judices mobilium et quoniam(?) postquam  
de uoluntate parcium processisset super predictis omnibus habito consilio diligenter,  
omnes judices concordēs per legem & iudicium posuerunt in debitum sepedictum  
marcolinum Paulo de confinio sancti Johannis grisostomi condam filium & nunc  
heredem Nicolay Paulo olim filij marci Paulo de eodem confinio, tam in bonis dicti  
condam patris sui quam in bonis propriis, defficientibus bonis paternis, eidem  
memorato marco Paulo de eodem confinio, & dederunt sibi uirtutem & potestatem  
omnium suprascriptarum Racionum ad jntromitendum bona et habere dicti Nicolay  
paulo, et marcolini ipsius filij ubicumque ea uel ex eis possint reperiri in tantum  
videlicet quantum sunt predictae libre denariorum venetorum grossorum viginti  
complete jn duplum & de quinque sex per annum, secundum quod ipse in eadem  
manifestationis carta ascendunt; &ct, ut in ea legitur. Quas quidem totas supra-  
scriptas & predesignatas duas proprietates terrarum & casarum nostri judices  
appreciati fuerunt libris denariorum venetorum grossorum quinquaginta quinque  
completis eas in parte pecunie contente in suprascriptis cartis computantes. Ad Hec  
autem Testificamur Nos johannes caloprinus preco & Piçolus pancogol sancti  
barnabe quod Nos tunc Ad curiam fuimus quando suprascriptus dominus noster  
Dux per legem judicum ipsam inuesticionem Ad proprium poni precepit et cum  
eodem ministeriali ibidem fuimus quando ipse de mandato suprascripti domini  
nostri Ducis & per legem judicum ipsam inuesticionem Ad proprium posuit ad  
nomen suprascripti marci paulo de suprascripto confinio sancti Johannis grisostomi  
super totis suprascriptis & predesignatis duabus proprietatibus terrarum & casarum  
propter suprascriptas duas cartas. Hec per testimonium Dicimus. Signum supra-  
scriptorum marci galeti ministerialis, Johannis caloprini preconis & piçoli pancogol  
preconum testium qui hoc Rogauerunt fieri

Ego petrus bragadino iudex manu mea subscripsi.